

150 226

Oratio dñi Jo. Ant. Cäpani epi Aprut. in cōuentu Ratisponi.
ad exhortādos p̄ncipes Germanoz & Lurcos: & de laudib⁹ eo
rū Legato existēt Rmo dño Car. Seneñ. M. cccc. lxxi.



3279

Q'ue res cesar per tot iam annos frequētissimis Germa/
nie conuentibus desiderabatur: vt aliquando presens
tu adesses: eam hoc tempore benignitate sumus tua et
clementia cosecuci. Fecisti quod omnes te facturum: et pro
dignitate tua: & pro tuoꝝ salute sperabamus: vt qui tuo subera
mus imperio: a nro defensi imperatore: atq; adiuti esse videre
mur. Ita cū primū de cōuentu hoc: mot de tuo aduētu pronuci
atū est: quodā tu veluti flatu spei ac leticie Germaniaz Italia
Pannonus Illirios: xpianū deniq; orbē oēm recreasti. Nō solū
q; auētem allatura sit rebus deliberādis p̄nitia tua marimā: Qe
ruetiaz q; sic oēs arbitran̄ te ideo cōuentum hunc decreuisse:
vt venires: Ideo venisse vt defenderes tuos: & cadenti religio
ni labētīq; nomini atq; Imperio christiano: manū dossumq; ap
poneres. Quam rem voluisse te cesar: & annos iam multos ma
gnopere optasse nō ignoramus. Sed tēpora vidimus desiderio
tuo & occasione defuisse. Aunc vero īstāte mari ac terra hoste
potentissimo: & late fines nros incēdente: insurrexisse visus es
non tam expectata occasione aliqua meliore q; olim fuerit: sed
necessitate graui: tuorūq; misericordia cōpulsus. Nam quicūq;
xpiani sunt: tui sunt. Et quicquid iam deperit: tuo imperio de
perit. Exeristi igit̄ omnī mentes: ciuitates finitimas thurcis
confirmasti ad spem aliquā resistendi: xpianos ceteros erēplo
tuo ad opeꝝ in cōmune ferendā excitasti. Nec quisq; est: aut ho
rum p̄ncipū illustrissimoz qui adsunt: aut aliis quispiaz: ad
quē hodierni cōuentus noticia peruenērit: qui nō ex̄istimēt sy
dus aliquod prosperū ac felix: post tot fluctuosissimas tēpesta
tes xpianis bodie illurisse. Quibus pro rebus vndiq; tibi ha
ben̄ gratie: xpiani omnes vitā tibi diuturnitatēq; precanſ.
Et vt in hoc glorioſissimo p̄posito perseueres & perstes: orant
hoc Greci qui sunt reliqui: hoc Illirij qui quotidje verant: hoc

Dalmati finitimi thurcis: hoc tuī qui nūc incendunt̄: hoc xp̄ia
 ni oēs qui vires habent: caput bactenus nō habuerunt: a te po-
 stulant. Qui omnes hac noua pñtia tua t̄ cetu illustrissimorū
 pr̄incipū quos tu ad hunc locū cōuocasti: subuentū iri calami/
 tatibus suis sperant: t̄ rep̄imi ac repellī ab ipoꝝ ceruicibus bo-
 steꝝ posse. Aut: aut vtcūq; euentuꝝ sit: haberī per te aliquā hoc
 in loco de suis miserijs rationē sese consolant̄: t̄ nec oīno desti-
 tutos se putant q; vnuſ sit locus in orbe terrarꝝ in quo de eoruſ
 salute cogiteꝝ. Paulo ponti. maximo q; grata rem feceris: quā
 tū addideris spei: facile licet intelligere. Qui cū perpetuo pōti
 ficiatu cogitatōeſ ſuas oēs ad id vnuſ quererit: vt cōi māu xp̄i
 anoꝝ incendio subueniret̄. Atq; ea de cauſa pacem Italie: ſocie-
 tate regum: concordia pr̄incipū Europe omni ſtudio diligētia
 q; queſierit. Inſteterit lris: nūcijs: legatijq; cōtenderit: nō ſum
 pribus grauiſſimis: nō laboribus ſuis ſuorūq; pepercereſ. Et p-
 rimo biennio nō ſomnū prope dicā ſibi indulſerit: nō cibū: nō
 quiete: illud verſabat animo atq; erpetebat: vt paci Italie nup-
 quadā ſua dicā pertinaci diligētia cōfekte: Germanie etiā con-
 cordia iungeret̄. Qd̄ hoſti potētissimo altera ſine altera par es-
 ſe nō poterat. vtraq; ſimul facillime poterat. Que res cum pa-
 te curatū iri videat̄: quanta ſit ſpe lericiacq; affectus: ipſe potes-
 erit estimare. Ita cū primū ab eo legatū ad cōuentū hunc poſtuſ-
 laſti: non hois illa tua poſtulatio ei viſa eſt: ſed vor dei ſalua-
 toris: t̄ pclamatio quedā celeſtis eritimaſta. Ererit ſubito vul-
 tu: ſupplicationes omniū ordinū decreuit: per vrbem totā ſecu-
 tus pp̄lm pedibus: vbi ad templū Minerne peruenit. Cidit ro-
 ma: riderūt omniū oculi conſtratū ad aram Saluatoris: t̄ miſe-
 ratione eoꝝ qui perihſent: t̄ metu eoꝝ qui eſſent periculo. pri-
 mi: t̄ vt cōſilia tua bene proſperet̄ ſuccederent: diu inter pcan-
 dum ſuſpirandūq; magnā vim pſudiffe lachrimaꝝ. Et vt tua
 eadem cōſilia modis omnibus iuuaren̄ exemplo: nulla inter-
 poſita mora misit tibi eum legatū quē rideſ: quem vt nibil de-
 ciuꝝ erimiſiſ virtutibus dicaꝝ: t̄ ſciebat maieſtati tue eſſe cariſ-
 ſimū: t̄ ardore quodam gentili ac familiari per veſtigia auūcuſ-

si sui p[ro]p[ter]i secundi iturum ad hanc expeditionem non dubitabat.
 H[abes] igitur Legatum et tuum et educatum in Germania tecum:
 qui cum ceteris in rebus moderatissimum se prebeat: in hac una
 consultatione bellitam necessarij acerrimum se exhibuerit Ro-
 me in collegio patrum semper: et nunc pace ac venia tua diterim
 paratus sit et te et alios omnes vigilij: laboribus: periculis ad-
 equare: ut legatum se prestet prime sedis: et eo esse auunculo
 pontifice ostendat. Qui non modo huic expeditioni incipiende
 apposuerit curam sed etiam in iam cepta vitam deposituerit. Ja-
 tuarum partium erit eius opera sic ut: ut omnes possint intelli-
 gere Fredericu[m] cesarem (imperatorem christianoq[ue]) nihil quod ad
 christianos defensionem pertineat: neque consilio: neque opera: ne-
 que dictis: neque factis pretermissee. Et quam spem hodie christianis
 posuerit: eam quantis maximis potest viribus: impedio labori-
 bus: periculis velle exhibere. Due res in periculo agunt: re-
 ligio atque imperium. quarum altera precipua tua est: altera cois ri-
 bi cum nobis omnibus. Et perire imperium sine religione sic
 potest: religio sine imperio nullo modo potest. Cum res Ce-
 sar ad hunc diem ita tulit. ut nusquam sublata sit religio christiana:
 nisi ubi prius christiani imperium amiserimus. Uno psilio atque ope-
 ra tuebimur utrumque: una iactura utrumque amitteremus. Nec sine his
 aut tibi aut nobis retinenda vita est: sed moriendum prius om-
 nibus: quam ut aut tuo portiatur imperio thurcus: aut nos no-
 stram et maiorum nostrorum sanctissimam ac verissimam religionem
 exuamus. Nec ego opem a te aliquam cesar christiane religioni de-
 poscerem: si rationibus argumentisque premere emus. Muniti su-
 mis his diebus abunde: nec quicquam aut oculi vident tam clari-
 rum: aut audiunt aures tam certum: aut tam manibus tangi:
 tractarique potest: quam religionis nostre sanctitas: veritas: certi-
 tudo: sed armis impetratur: armis impugnamur. Utantur thur-
 ci disceptari de superstitione Mahometica: quia quid asserere
 possint minime habent: et ferrum querere de religione audien-
 tibus: mortemque proponunt: armis damnatas ipsorum opinio-
 nes communierunt: quia neque rationibus communire: neque ora-

culis: neq; tabulis: neq; testimonij;s potuerūt. Et intelligūt tā
ras impuritates atq; flagitia: in quibus miseri veluti legis for
de quadā decepti volutant̄: nibil habere nō nephariū: impiū:
seceleratū: et quod nō modo cōfutari possit facile: sed etiam iu
re debeat reprobari secta impudica atq; īmunda: et in qua nul
lum sit peccatū aliud q̄ nō peccare: et que oīa libidinis et flagi
ci) gratia nō permittat modo sed precipit: et que ab adultero cō
ficta est: in stupris adulterijsq; versatur. Adulterū emim fuisse
Mahumetē: et Chадelingā suam propinquā cōstuprass̄: ab ea
q̄ heredē institutū: et cuz infinitis prope feminis miseri solitū
idog se facere posse gloriante: que littere que historie nō tradūt
Hic nobis preponit cui credamus: quē veneremur: cui virgines
cōmittamus nostras: cuius auct̄e promiscue cum propinquis:
cum feis: cū maribus cōspurcemur: cui nō modo si cōtradicas:
aut paulo plus aduersare. Sed etiā si queras non de se mone
at: nō te prober: sed ferro statim aduriaet: adeo nibil aliud vult
scire suos q̄ ultra cecos esse. Quid in nostra religione tam et si
erroē intelligo meum: qui ausim hominē cōtaminatissimū ac
sceleratissimū cū vero deo: cū nō modo īmaculato ipso: sed īm
maculate etiā virginis filio cōparare: et quē Mahumetes ipse
e celo venisse: et virgine natū esse nō negat: sed cōferamus te
nebras luci: mendaciu veritati. Sit hoc primū quo instem⁹: ne
minē vñq; credidisse Mahumeti: nisi coactū armis. Neminez a
xpi fide: nisi armis coactū defecisse. Et cum ille ferro: vt boies
sibi assentirent cōpelleret: Xpo neq; per ferrū: necq; per mortes
varias quo minus assentirent: cohibere potuisse. Deinde vetat
Mahumetes disputari de suis psagijs: pbibetq; suos ab īqui
sitione dei: a studijs p̄bie et rerū oīm que in veri cognitiōe ver
sen̄. Atq; ita vanis dūcarat fabulis et deliramentis obcecauit:
quos intruerū lucē pbibuerat. Et r̄ps dū vīc annū nactus duo
decimū: disputauit in tēplo cū phariseis de misterijs et lege. tū
et docuit ipse discip̄los in terris: et spūm sc̄m e celo misit qui do
ceret: et sc̄iay oīm splēdoxe illuminauit. Accedūt pp̄hete: quoz
lingue non ipsoꝝ sed dei semp est habita. Hi cū de Mahumete

ne vnu quidē fecerint verbū xp̄i cōceptū:natalē:vitā:mortē:reditū ad vitā:descēsum ad inferos:ascensum ad celos:infusioꝝ pacliti:ꝫ deniqꝫ facta dictaꝝ eiꝫ exp̄sserunt. Tū Sibille quoꝝ cū Mahumetē ne somniauerit quidē:vetuꝝ e celo Jesū:ortuꝝ de dgine habituꝝ p̄cinerūt:nomēqꝫ etiā ipsius l̄ris exp̄sserunt. Et Herodes vir dū natū xp̄m:natū regez intellerit. Qua de cā infantes iudee oēs:inter quos ꝫ filiuꝝ suuꝝ iussit occidi:vt cōstet Octauiuꝝ augustū dicere solituꝝ. Nalle se herodis porcū esse q̄b filiuꝝ. Q̄ porco quo iudei abstinent p̄ceret:filio herodes nō perc̄t. Et Augustū idem qđ Herodes in Siria de pueris ad bimatuꝝ iugulatis:nisi obstetisset senatus:Rome quoꝝ facere voluisse. Qđ pdigisset in vulgu per eos ipsoꝝ dies deū natū esse nature. Et paulo post:regē orbis terraꝝ a iudea aduentare:qđ ceci quidā Uespasiano attribuerūt:qui postea bellum in Siria gessit. Hec oīa sole ipso clariora:ꝫ ne quid dubites:nō in xp̄ia:non notata scriptis:sed in hoīm illius t̄pis ꝫ qui xp̄iani nō fuit libris inuenta sunt. Sed quid:Si hec nō adessent quā obsecro mente nō mouerent tot miracula sc̄toꝝ:eruscitatos mortuos:tranatata maria:hoīes imperitos:agrestes:piscatores:uno momento ꝫ puncto t̄pis oēs sc̄ias:oīm nationū linguaꝝ p̄didicisse. Et repente:alios in Indiā:alios in Perside:alios in Armeniā:alios in Italiā diuersasqꝫ natiōes p̄fectos:vbiqꝫ sermone cuiqꝫ accōmodato predicādo nō vi sed rōe:nō armis sed miraculis:nō magis ꝫ fabulis sed misteriis ꝫ p̄ceptis:non in serendo alteri mortē sed vltro ac sponte accipiendo:cūuitates:regnā:provincias uertisse. Quā inquā mente nō mouebūt tot hoīm milia:quī vt xp̄iani fierent:ꝫ Jesum verū deū veri dei filiuꝝ testarent̄:in cruciatus ꝫ mortes:principes:privati:juuenes senes:mares:seie:nupte:virgines cōcurrerūt:coronāqꝫ martiriū sanguine tomentisqꝫ poposcerūt. Sed fac aliquid adhuc esse querendū iure exploratissimū:ꝫ solis lucē illustrandā:an ipa religiōis nr̄e sc̄itas honestasqꝫ summa:ꝫ si nulla sup̄peteret argumēta:nō oībꝫ recipiēda atqꝫ apletēda eē viderent̄. Quid p̄cipit:quid suadet tibi lex xp̄i:niſi oīa plena caritat̄:pudicicie:

diuisitatis. Quidē scio fuisse gentiū diuersarū plurimae sectas
q̄ naturā insitū est oībus: ut celū aspicientes aliquē esse facto-
rem et moderatore rerū tantarū et taz pulcherrimarū existimem⁹
eūq̄ quantū capere humana mens pōt admirēmur: colam⁹: ve-
neremur: et qui quātusq̄ sit intelligere et placere cupiam⁹. Qua
in re necesse fuit decipi multos: dū plus mente assēqui q̄b oculis
cernerēt se posse putauerūt. Sed nulla vñq̄ facies religiōis
turpior et sceleratior q̄b mahumetis. Nulla honestior et sanctior
q̄b r̄pi. Coluerūt Monadū quidā nō procul a Tanaī flumī ar-
boz̄ truncos: et vt queq; esset vetustissima: ita plurimū hie diui-
nitatis arbitrabant⁹: qd̄ dei esset quē longissime viuere. Colue-
rint Egypti⁹ bouē felē Cocodrillū: quos qui paulo violentius
artigilleri capitīs supplicio dānabāt: qd̄ quedā ab ihs beneficia
p̄sequerent⁹. Coluerūt Ehebani aquilā: q̄ altissime volās quā
dam hie cū deo vicinitatē: atq; ideo venerandā esse a mortali-
bus opinabant⁹. Coluerūt Scithe ouem: q̄ animantiū oīm esse
homini cōmodissima ac mīme noria putare⁹. Coluerūt Gardi
q̄ fuerūt in Alia etiā Simias: q̄ magnā b̄re cū hoīe silitudinē et
lineamētis corporis et industria ingenij rident⁹. Coluerūt Si-
minthei in P̄brigia mures: q̄ domi e terra natī comites nocti-
um ac diez nīi in delichi⁹ nostris alerent⁹: et per domos ac tem-
pla veluti et hoīm et deoq; ministri versarent⁹. Coluerūt perse
aquā atq; ignem: q̄ his duab⁹ rebus oīa viuerent⁹: crescerent:
augerent⁹: ita si quis aut minrūllet iu flumen aut in ignē cōspu-
isset capitale habebāt. Coluerūt prisci Romani singulos animi
affectus: quoq; (ut taceā ceteros) Scipio ille p̄clarissim⁹ ingress
sus Afričā pauori atq; audacie sacrificauit. Que quidē stulti-
tie et vanitatis plena sunt oīa. Uey q̄ Mahumetes p̄fincit sunt
multo vaniora multoq; absurdiora. Hā et inter scorta et flagitia
beatū se iubet existimari: et per stupra celū p̄mittit: et asinū sibi
datū ait prec̄ptorē et ducē: qui eū celeritate incredibili deuehe-
ret in celū. Recte tibi Mahumetes dur datus est vñinus: que ni-
hil aliud q̄ que asino cōueniat p̄cipisti: veluti deo illi eleſpōti-
aco: cui veteres asinū cōsecrauerūt. Nec est aliud Mahumetes

q̄ priapus: cui veterę stulticia sacer est asinus. nec allud Mabumetis sacra q̄ lustra q̄ floralia q̄ priapalia. Sed fuerit hec vanitas. Feramus equo aīo stulticiā eius qui hec p̄cipit: et sor tez eoz qui cōpuli sunt armis ut crederēt miserebamur. Quid q̄ impietate et seuitia Mabumetes oīm exēpla superauit. Mactabant Rhodi, hoiez: cū essent deoꝝ aut demonū potius mentez placaturi: Salamini hoiez ad Diomedis sacra viuū concremabant. Cobi Dionisio Lacedemoni Marti hoiez et ipsi viuū lacerabat. Phenices amicissimos aduersa tēpestate aut pestilentia interficiebant. Laodicenses virginē palladi. Curetes pueꝝ ne ptuno iugulabat. Greci maris tēpestatē sedaturi: regiā prolem imolabant: vt effigemā Agamenonis filiā apud Aulidē imola uerūt. Abderite eū qui esset oīm pessimus iudicat? quot annis ad tempa lapidabat. Pellei in Tracia. Aricini in latio Diane peregrinos mactabat. Qia hec plena impietatis. Et pdigia potius imania atq; efferaata q̄ sacra sunt existimāda. Sed tñ in sa cris hec faciebat. errabat exemplō maioꝝ: religionis specie decipiebant. At mabumetes hostis humanitatē inimic?: sanguinis oīm machinator: scelez nō sacroꝝ excogitator hoiez ita iubet occidi: vt nec frater parcat fratri imperij causa: et vitā ei eripi iubeat: quē natura tibi similē īmo alterū te: sanguinē patris tuī: matris tue imaginē p̄creauit. Et quicūq; bello hoiem occiderit ei celū Mabumetes atq; eternitatē pollicebat. Gloriosissime Jesu q̄ mitis est lex tua q̄ benigna q̄ sancta. Nō solū occidendos fratres vetas: sed inimicos etiā precipis diligendos. Nec sanguinē postulas hois qui hois saluandi gratia totus es effusus in sanguinē. Nec ē aliud religio xp̄iana q̄ pietas q̄ veritas: multis seculis prius prenūciata q̄ facta. prius mōstrata q̄ visa. Nam venturꝝ r̄pm Sibille. pphete oracula predicerunt. venientē celi stellis. stelle magis. magi Herodi. miracula homi nibus. angeli pastoriibus monstrauerūt. Postq; venisset. ceci r̄sus. muti eloquiuī surdi auditū. mortui vitā recuperauerūt. In fidem xp̄i. in ritus et ceremonias xp̄ianas. regna. nationes. prouincie cōcesserunt. Ceciderunt tempa veterę deoꝝ. aut deino

nū potius simulachra conuerūe· siluerūt responsa aruspīcū· phī
tonū pīlagia euauerūt. Quippe Adrīanī cesaris tpe qui pīmus
vetuit afflīgi rīpiānos· siluisse orbīs terrāq celebrata oracula r
vates· qui presidebāt ea de causa· oēs capitīs supplicio affecti
referunt· qm̄ adueniēte deo cessare demonia oportebat· r fuge
re tenebras mendaciōq· vbi dur esset erortus clarissime verita
tis. Lū demū Constantinus r ante eū pīlippus cesař primi
rīpo initiati nomē rīpiānū salutis clipeū receperūt. Galloq regū
primus Clodoueus vltorīoq Britannoq Cartonibert? Florīna
doq Robertus· Pannonioq Stephanus· Usigothoq in Hispania
Richardus· Longobardoq Algiulphus· Oēs hī reges cum
fuerūt regna quoq secū et prouincias cōtraxerūt· seq̄ oēs sub
rīpi tutela receperūt. Lū precipue maiores vī qui multos in fi
de rīpi antecesserūt· templa hec magnifica r veluti regna qdām
sic edificarūt· edificata locupletarūt· vt quāto ipī ceteros obser
uātia religionis anteirent· tanto cultu quoq temploq r orna
tu atq opibus superarint. Et quo maior esset futura de his su
is posteris cura magna et parte nō nisi principū liberos pīsse
voluerint· vt esset religio cū imperio imperiū cū religione con
iunctum. Et cum res exigeret alterum alteri ferret auxilium.
Aec nullū est paulo celebrius templū in Germania in quo nō
aut maiores vī prefuerūt· aut nunc fratres r ppinqū presine
aut paulo post (si per hostē liceat) posteri vī sint pīfuturi. Quo
circa par est· vt a quib? imperiū accepistis r vitā· ab ihs heredi
taria quadā cōditione r religionis curā accipiatis. Pro qdē
rici Ottones Frederici alijqz maiores vī tot bella in Europa
atq in Asia suscepérūt. Et qdē verissimā r sanctissimā esse vide
tis· r pīes vestri reliquerūt vobis· sanguiniqz vīo cōmēdatas
esse voluerūt. Eam nunc labantē r iam nisi statim accurrat col
lapsam tuteamini. Aeqz templa maiores vī ad cultu; dei. ad or
namentū Germanie· ad presidiū posteritatis erexerunt· ea aut
spoliata ac deiecta diruanē ab impio hoste. Aut qdē magis ne
fundū esset in spurcīcē mahumetis r libidinis prophanenē.
¶ Ultera est iactura imperij rez oīm qdē in terris sunt maxime r

que nō modo ad dignitatē pertinet vite: sed etiā ad vitā ipsam
 vt raro imperiū sine vita deponit: nisi q̄ deponi vita sepe cum
 gloria pōt: vt qui pro deo: pro dignitate: pro patria deposuerūt
 imperiū nunq̄ sine dedecore atq̄ infamia pōt. Etenī tradituz
 est Germanos p̄cipuos mortaliū oīm trahī cupiditate laudis
 et glorie. Pro qua maiores v̄ri obiūcere vitā periculis: et relicta
 patria querere externa regna: imperiaq̄ remotissima nō dubi-
 tauerūt. Fecerūt id qd nobilitas tanta postulabat: q̄ enī nobili-
 tas aut q̄ poti⁹ vita sine glia est. et gloria enī orta ē atq̄ aucta
 nobilitas. nulla re alia pōt: xineri et cōseruari q̄ gloria. Sed q̄
 gloria inter mortales maior q̄ imperij et fame: pro quib⁹ rebus
 nobilissimi quiq; oēs subire labores et pericula et mortes nō re-
 cusauerūt. Breuissimū est spaciū qd possimus viuere: longissi-
 mū qd noīari. Et tm̄ quis assequi videat etatis: quantū est eius
 apd posteros fama duratura. Nec quis q̄ diu virit nisi q̄ cū dis-
 cessit et vita: diu inter eos qui in vita remanet noīet. Ergo ma-
 iores v̄ri qui ob partū virtute sua splendorē adbuc sunt in luce
 et noīant: cū intelligerēt patriā sibi amplissimā ac potētissimā
 esse: et oīa magnitudine situs ac nature illustrarentur: veluti se-
 dē quandā natā ad imperiū maximis semper ac pulcherrimis
 expeditōibus exposuerūt. Nam de latitudine Germanie nil at-
 tinet dicere: nū nōnulli veteri scriptorū dubitauerit: an finē ali-
 quē septētrionē versus Germania habuerit. Adeo lata atq̄ im-
 mensa: vt aut nō inueniri posse hoīes desperauerint. Sic illi domi cōcordes:
 foris strēnui et acquisiere imperiū: et tantā illustriū virop̄ multi-
 tudinē pepererūt: ut p̄ reliquū orbē veluti colonijs nobilitatis
 usq;quaq; deductis familias nobilissimas et regias p̄pagaue-
 rint. Nec vlla sit familia in Gallijs: ne regia quidē: nulla i Hispania aut in Italia paulo illūtrior. Que si antiquitatē repeatat
 suā: non statim e Germania esse se p̄dicet: et veluti e seminario
 quodā vere nobilitatis est vobis venisse gloriant̄. Nā quis ob-
 secro familiā Galloq; regū tā celebrē tam laudatā prulit: Ger-
 mania p̄pino germano auctore. Quis hispanie domū tam in

signē que nunc regnū obtinet: et prope ad Libiā usq; protēdit.
Germania Ricardo usq; gotho germano autore. Quis tot no-
bilissimas familias per vniuersaz Italiā tanq; excusso gremio
nobilitatis fudit: sparsit: seminauit Germania Henrico germa-
no auctore: qui Ordelaphos Varanos Malatestas Māfredos
Galassos heretranos Vicecomites Gonzagas: aliosq; innume-
rables et instituit nobiles et locupletauit: vt vere dici possit fon-
tem nobilitatis viuū et perennē fuisse Germaniā: aut mare po-
tius qd oēs puincias Europe suo splendore veluti estu quodā
nobilitatis inundauit: dum in Galliā: in Hispaniā: in Italiā:
nationesq; alias propagauit imperiū. Et cum due fuerint puin-
cie victrices orbis terrarū: qua virtute partū tenuere imperium
Italia atq; Germania. Germania sic illā adequauit: vt aliquā
do qd uno dicā verbo subiugarit Italiā. Itaq; maioꝝ vestroꝝ
virtute: gloria: rebus gestis: nō modo precipuā adepti nobilita-
tē: sed imperiū etiā latissimū assecutis: sercētis: xl. annis potiti-
terū Germani estis. Imperiū nescio quo malo fati nostro trās-
latū ad Grecos: erexitq; Italie in Germaniā deuocastis: et cū
Italia sola post sublatā rēpubli. vir. ccc. lxx. annis integrū obti-
nuisset. Id vos duplo sere diuturni⁹ retinet. Cūq; Italia Tra-
ianū Adrianū Theodosiū Hispanos Aurelianū danū philipi-
pū arabē Seuerū afrū Maximianū tracē Diocletianū dalmatē
Jouinianū Valentianū probū Decū pānonios pertulerit.
Vos magnitudine animi iuncti atq; excelsi: neminē eternum:
neminē nō Germanū proutistis: pmāsitq; vobis integrū ad hūc
diē: nullis eternis erexitū armis et ita permanxit: vt nullos hic
aspiciā p̄ncipes: quoꝝ in familia nō aliq; et cesares et imperium
nō habuerim⁹. Perfusaq; fuit maiestas hec vīa imperij per illu-
strissimā quāq; germanici sanguis stirpē: nō vni alicui attri-
buta vt cōe sit oībus qd oīm maiores habuerunt: et vos oēs bīe
aut potuistis aut poteritis. Quare nō est vt quisq; vīm nō pu-
ret ad se pertinere hanc defensionē dignitatis: et alter alterum
intueamini: ac veluti nīhil ad vos attinētes. Frederici aquilas
negligatis: vīe sunt oīm quas et maiores vīi p̄tulerūt. et posteri

aliquid prefereret. et vos Frederico ut pferat cōtulisti. Ut enim si
 gna militaria quā ab uno aut paucissimis ferunt. tñ pro cōi
 salute atq; glia ab vniuerso defendūt exercitu. Sic et maiestas
 bec vña imperij quā unus obtinet delatā a vobis cōmuni oīm
 presidio et viribus est pregenda. Nec ea delecta atq; attrita ex-
 tincta turpiter germanica gloria. et demortuo in vobis splēdo-
 re maioꝝ et fortunis et impioꝝ et vita spoliemini. Qd si tñ est stu-
 dium in inquirendo imperio ut inter arma furorēq; bellicuz in-
 ter media tela mortesq; decurratur. Quanto maioꝝ debet esse
 diligentia in retinendo. qz turpe erit vobis admittere thurcū
 ad Germanicū imperium. qui ne christianos quidem extemnos
 ad societatez Germanici imperij receperisti. Agite cogitate hec
 Germani p̄icipes. sequimini vestigia maioꝝ vestroꝝ. qui sem-
 per aliena querere imperia nunc sua amittere consueuerunt.
 Veniat vobis in mente quotiens extemni reges et peregrina ar-
 ma Germaniā inuasere. qz fortiter eos depulerūt maiores ve-
 stri. quibus animis. qua concordia atq; consensu finem liber-
 tatec; defenserunt. Et quod illi factarūt. ne quis vñqz felici-
 ter se armis Germaniā aggressum gloriaret. Vos quoꝝ quoꝝ
 si adsit cōcordia. nibilo minores sunt hodie vires. idē faciatis.
 An nō audistis vñqz. nō legistis et perterritū dñi Iulij exercitu
 tū Germanoz aspectu. et Galliam ab eo non tam Romanis ar-
 mis. quā equitatu Germanico superatam. An et Octauij au-
 gusti fortissimas quondam legiones contra vos missas apud
 Caristos a maioꝝ vestris cōcorditer arma cupientibus ad
 internitionem esse delebas. et que reliquū orbem ad ortum vscq;
 solis perdomuerant. vni concordia Germanoz exercitui pa-
 res esse non potuisse. An et Lyberiū qui successit Augusto ag-
 gressum armis Lindelicos insurgētibus vestris. concordi au-
 xilio breui discedere e Germania esse coactum. An et Iespasia
 nū summū postea imperatorē a Claudio cesare cōtra progeni-
 tores vros missum duab? et cxx. cōmissis pugnis qui postea to-
 tum subegit orbem. vincere Germaniā nequivisse. An Antoni-
 um Aureliū et Alexandru cesares et postulasse a vobis auxiliū

aduersus captas: et coactos esse p̄sidia copiasq; oēs et hibernis
oppidisq; cōcordis Germanie deducere: et nationē Germanicā
equis cōditōibus in amicitia societatēq; recipere: an et impera-
tores alios expeditionē Germanicā velutī insupabile humāis
viribus reformidasse. Nam Traiano qui ad Coloniā Alciprī-
nā suscepit imperiū: nō vī aut armis coacti: sed māsuetudine et
liberalitate atq; iusticia inaudita et incredibili parvūtis. Et ce-
sares dūtarat cōmemorauit. Quid reges gentiū exteraq; An et
illud quoq; nō legistis: nō audistis: magnū Alexanderū cuī do-
muisset Illirios Eriballos Boeciā Traciā Spartaños Lessa-
los Achaiā Peloponessum oēm: cū Joniālidiā Liciā Ciliciā
Capadociā Cariā Paflagoniā: cū maiore minorēq; Armeniam
Siriā Egiptos Parthigenēses: cū persas Lauros Hircanos
Medos Sagas Indos: cū tot pplos: regna īmperia subegisset:
et resistere hoies: exercitus: arma: orbis deniq; terrā quāt̄ est
vbiq; nō posset. Deterritū aspectu ac fama germanie ad Danu-
bijs ripā substitisse. Ita qui oīa orientē versus cursu et felicitate
victoriaq; veluti tēpestas quedā belli decolauerat. Una Ger-
mania: Germania īquā terrā vna eius quoq; vim repressit:
cōpescuit īpetū: audaciā retardauit. Sic Darius hidaspis fi-
lius: sic Cyrus potētissimi Alie reges q; formidādi Germani
essent facile ostenderūt: qui traecto Danubio: eos nō aust̄ sūe
attingere: Scithas bello superarūt. At multo audacio: Līsimai-
bus et ipse rex marinus: cū īgēti coacto exercitu Danubii tra-
iecisset: a Romechete rege nō modo victus sed etiā captus est.
Infinitū esset nec suppeteret dies: si victorias Germanoz; si
clades eoq; velle cōmemorare: qui aliqñ armis Germaniā peti-
erūt: vt natū sit inter finitimos prouerbii male: Qui velit pug-
nare cū Germāis pugner. Et bello pontico cū derites seta Nei-
optolomū Cariū ad singularē pugnā, puocasset: qđ īsimulasse
eū de fuga diceret: diffidēs cause Neoptolomus Derite inq;
Si perire tibi ferro est: aīo seta es: ppe Germaniā habes: adeo
pereundū oīibus existimabāt quicūq; ausi essent cū Germanis
qui oīm inuictissimi haberentē prelio velle cōtendere: vt nō te

mere imperatores Romani veteres illud certatim oēs enicissi
 meq; cōtenderint. vt quēadmodū Scipio a deuicta Africā Af-
 fricanus est dictus: et alter ab Asia Asiaticus: ita ipsi ppter spē-
 dorē prouincie Germanici cognominarent. Constatq; et Lybe-
 rium cesarē natum sibi filiū: ea ipsa de causa quā dixi: hoc ē cu-
 piditate eximie glorie appellasse Germanicū. et Domicianū ac
 Aeruā cesares titulis ceteris quos Senatus detulerat repudi-
 atis: solum Germanicū recepisſe. In quo vno plus ornamenti
 esse q; in ceteris vniuersis positiū arbitrarent. Et cum ceteraq;
 nationū boies aut pro pedagogis: aut coqunis: aut histrionib?
 haberet: soloſ Germanos post primū cesarē diurnis nocturnis
 q; excubijs corporq; custodes esse voluerūt: q; eos natura ad ros-
 bur: ad arma: ad fidem genuisset. Sed quid viros tātope mira-
 mur: pdituz est memorie ſeias quoq; germanas sumptū aliquā
 pro patria armis: ex integro viroq; pugnas instaurasse. Et nllaž
 aliā dotē afferre p̄sueſſe in maritoq; domos q; frenatū equū et
 scutū et frameā: qd gen? teli apud vos p̄mū inuentū est. vt etiā
 maiores m̄oresq; bōbarde: que nō mō rumpi vrbīū muros: sed
 cētu etiā quati posse docuerūt: vt nō solū bellatores ſemp fuisse
 acerrimi: s; instrumētoq; quoq; bellicoq; inuētores subtilissimi
 videamini. Geniebat ergo ſeie ad arma parate viros adiuture
 et ad eadē studia bellica p̄lem auspicabant: vt q; alij iā grādes
 pdiscūt. Maiores v̄ri a primis in cunabulis: atq; a natura ipsa
 prius initiati atq; addicti armis q; geniti: ne diu nati esse vide-
 rent. Tuz neq; tēpla ingredi: neq; forū adire: neq; de publicis
 aut p̄uatis reb? quicq; agere v̄ri maiores n̄i armati cōſue-
 rūt. armati rē diuinā: armati pphānā: arinati vrbānā: armati
 domesticā faciebat: veterū numinū Martē p̄cipiū q; bellis p̄-
 esſet coluere. Et inter peritos astroq; cōſtat vim atq; inſtrūrum
 Martis: hoc ē appetitū quendā armiq;: ardorēq; bellādi inesse
 Germanis. Armaturas atq; equos ita expoliſtis ſemp: vt cete-
 ris in reb? a multis eq̄ti diligētia hoc vno studio et cura oēs an-
 teſſe referamini. Et diu apud priscos viros mos tenuit: vt non
 alia noīa filiis imponerent q; equoq;: vt quotiēs aut aspiceret

